

chum generum agrarîs legibus <re>i p<ublicae s>tatum turbantem cum Opimio consule oppressit.

5 M. Brutus qui Pompei partes secutus mox a Caesare restitutus in mortem eius coniuravit, quod affectare nomen regium videretur.

6 Livius Drusus qui agrarîs legibus promulgatis summum p<opuli> Ro<mani> favorem consecutus, ne promissa perficeret, per insidias a Philippo consule domi suae interfectus est.

7 Lutatius Catulus qui Lepidum acta Syllae rescindere volentem admoto exercitu Italia fugavit et solus omnium sine sanguine bellum civile confecit.

8 Cato Censorius qui totiens accusatus [est] quoad vixit nocentis accusare non destitit. hic est omnium rerum peritissimus et ut Sallustio Crispo videtur Romani generis disertissimus [Cato].

9 Cato Praetorius qui bello civili partes Pompei secutus mori maluit quam superstes esse rei <publicae> servienti.